Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



lus. & quid indignata sit sarra; superius iam spiritua
lit exponentes. loco uirtutis posuimus sarram; Si
ergo caro cuius personam gerit ismahel. qui secundum
carnem nascitur. spiritui blandiatur qui est isaac. &
in lecebrosis cum eo deceptionibus agat. si delectatio
nibus inliciat. uoluptatibus molliat. Huiusce
modi ludus carnis cum spiritu. sarram maxime quae est
uirtus offendit. & huiuscemodi blandimenta.
acerbissimam persecutionem iudicat paulus; Et tu ergo
o auditor horum. non illam solam persecutionem putes.
quando furore gentilium ad immolandum idolis
cogeris. sed si forte te uoluptas carnis inliciat.
si tibi libidinis adludat in lecebris. haec. si uiscu
tis es filius. tamquam persecutionem maximam fuge;
Idcirco enim & apostolus dicit; fugite fornicationem; sed
& si iniustitia tibi blandiatur. ut personam potentis ac
cipiens. & gratia eius flexus. non rectum iudicium
ferat. Intellegere debes quia sub specie ludi blan
dam persecutionem a bin iustitia pateris; Uerum &
per singulas malitiae species. & iam si molles & de
licatae sint. & ludo similes. persecutionem spiritus ducito.
quia in his omnibus uiscus offenditur; Quo sunt
ergo filii abraham. unus de ancilla. & unus
de libera. Uterque tamen filius abraham. Licet